

in successivo δημιουργικῶς, sed ὑφ' ἐν τελειω-
θεΐσα, hoc est, uno momento, ac conceptione
ἐνεσῶντι sive Instantaneâ uti vocant, perfecta &
absoluta.

78. Quam in sententiam Augustinus scribit:
Firmissimè tene & nullatenus dubites,
Carnem Christi non fuisse conceptam
in utero Virginis, priusquam suscipere-
tur à verbo. Aug. de fide ad Petrum.

79. Et Damascenus: Συνέτηξεν ἑαυτῷ ὁ υἱὸς
τῆ θεῶς σάρκα ἐψυχωμένην ψυχῇ τε λο-
γικῇ τε καὶ νοερῇ, ἔταϊς κατὰ μικρὸν προσ-
θήκαις ἀπαρτιζομένης τῆ σῆματι, ἀλλ'
ὑφ' ἐν τελειωθέντι. Hoc est, constru-
xit sibi ipsi Filius Dei carnem animatam
anima rationali & intelligente: non pau-
latim per additamenta expletâ figurâ,
sed uno contextu absoluta. l. 3. Orth. fid. c. 2.

80. Athanasius ἐν αὐτῇ ὑποθέσει ἐνωθεΐσα
σάρξ τῆ λόγῳ ὑποστάσει. In ipso con-
ceptionis momento, caro unita est ver-
bi personæ: Et Gregorius. Angelo nuncian-
te, & Spiritu adveniente, mox verbum
in utero, mox intra uterum Verbum erat.
Athanas. dial. 4. de Trin. Greg. in Moral.

81. Et profectò, nisi Instantanea isthæc Incar-
natio concedatur, videntur plurima gravissima
consequi absurda.

P S Quod